Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Paulus Eps. S. Quinta M. SS. Martyres in Perside, 8. Feb.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

Visual Library

S. Paulus Epſ S. Quinta M.
SS. Martyres in Perſide, 8. Feb.

Feruor.

Deus feruorem ab omnibus exigit, Splendorem non ita. Bern.

Protege Domine populum tuum, & *B.* Pauli Pont. & conf. (B. Quintæ M. & aliorum MM). patrocinio confidẽtem perpetua defenſione conſerua. Per Dominum noſtrum *I.* Chr. &c.

Ora pro Prælatis Eccleſiæ, &c.

1. S. Paulus Epiſ. Virdunenſis ex religioſo Monaſterij Tabuleienſis, ab Voſagi Montanis ad Eccleſiam regendam aſſumptus, eâdem operâ Grimonis Sodalis ſui in multo meliorem formam redegit, & ne cultus diuinus, vt ante, labefactaretur ſumptus ampliores providit. Demum pro re geſta bene ad beatitudinis præmium exceſſit. A. 650.

2. B. Quinta V. & M. Alexandriæ ſub Decio imp. à paganis Comprehenſa, ad idola perducta eſt; ſed cum illa cultum eorum execraret, ipſi pedes eius vinculis alligantes, eamque per plateas ciuitatis trahentes horrendo ſupplicio diſcerpſerunt A. fere 250.

3. SS. pluriũ MM. in perſide memoria in honore eſt, quod ſub Cabade Rege diuerſis ſupplicis afflicti tyrannũ manifeſte vicerunt, dũ conciſi vncis gladijs nihilo min⁹ ambulauerint.